
JUSTINIANI EPISTOLA AD PATRES
(*Hanc epistolam videsis Patrol. tom. LXIX, col. 30.*)

JUSTINIANI EDICTUM CONTRA ORIGENEM
(*Hoc edictum videsis Patrol. tom. LXIX, col. 177.*)

JUSTINIANI EDICTUM CONTRA THEODORUM MOPSUESTENUM.
(*Hoc edictum videsis Patrol. tom. LXIX, col. 273.*)

II. GLYCERII IMPERATOR.

GLYCERII IMPERATORIS
EDICTUM CONTRA ORDINATIONES SIMONIAS.
(*Hoc edictum videsis Patrol. tom. LXI, col. 896.*)

III. THEODORICUS, REX GOTHORUM.

THEODORICI, GOTHORUM REGIS,
PRÆCEPTIO,
MISSA PER GERMANUM ET CAROSUM EPISCOPOS.

✓ Dominis sanctis et venerabilibus patribus, Laurentio, Marcellino, et Petro, et cunctis episcopis in Urbe residentibus, Theodericus rex.

Vos quidem rem fecistis proposito congruentem, nos potius de reditu vestro secundo consulere, quam indictum concilium alienæ facilitatis imitatione deserere; ne discedentibus universis sub manifesta deserti dispositione iudicii major urbem regiam seditiosis motibus turba concuteret. Sed non optavimus commisisse, sanctæ congregationis examinis sub hac protrahi dilatione negotium, nec universitatis animos gravius præiudicio pendere suspensos. Quia nec tranquillitati urbis definitionis mora, nec sacerdotali proposito sententia potest convenire discordiæ. Molesta igitur accepta confusione, quæ nata est, cæterorumque discessu, qui propter turbam quæ aut ausu aut vitio aliquorum contigit, iterata quæ cœperunt reliquere iudicia (qui tamen, si quid dixerit, potius cogitasset exemplo vestro in urbe residere, expectantes de his quæ illic facta de nostræ providentiæ ordinatione remedium), cum in multas se vias cogitatio nostra disperserit, ad hunc se tramitem consilii cura convertit, ut rursus ad Kalendas Septembris diem, eundem censuerimus sacerdotum nu-

* Hæ præceptiones regiæ antecedunt synodum iv palmarem. Eas, cum prius mendis essent inquinatis-

A merum convenire, qui dudum fuerat convocatus. Ergo ingravis sanctitatem vestram reliquorum præsentiam convenit opperiri, ut compresso tumultu et dissensione submota, quæ ab omnibus orta est, ab omnibus causa peragatur. Nam Ravennam, quemadmodum speratis, non putavimus revocandum esse concilium, dum aliorum labore, aliorum permotumur ætate, parati ut nisi secundo conventu causæ finem iudicium synodale posuerit juxta desiderium vestrum, quo nos poscitis esse præsentem, occupationibus nostris Romæ quietis amori postpositis, non potius Romam Deo auctore veniamus, ut præsentibus saltem nobis citra confusionem atque discordiam, secundum Dei timorem, tanta causa terminum sortiat. Ut non diutius urbs regia turbamur tempestate fatigetur, sed vestri æquitate iudicii redeat ad quietem. Ne mora vobis videatur onerosa, fas est vestræ æstimare providentiæ, si commodo sit, aut sub nostrorum temporum tranquillitate tolerandam, solitumve in aliqua definitione concilio sub incerto Ecclesiam sub hoc certamine Romanam perdere civitatem. *Alia manu.* Orate pro nobis, domini ac venerabiles patres. Datum sub die vi Idus Augusti Rufo magno, Fausto Avieno v. c. cos. (*Anno Chr. 504*).

simæ, emendatas ad Collectionem ms. Canonum in Bibl. Paris. soc. Jesu datus ex Harduino,